

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ
ΚΑΡΔΗΝΑΛΕΩΣ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΕΛΕΓΧΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΒΛΑΣΦΗΜΙΩΝ
ΤΡΙΤΟΣ.

Κεφ. α' Τίς ἢ τοῦ τρίτου βιβλίου πρόθεσις. Ὅτι τὸν διαλεκτικὸν τρόπον ὁ ἀνασκευάσαι προτίθεται τὰ τοῦ ἀντιδίκου ἐπιχειρήματα.

1 Τούτων οὕτως κεφαλαιωδῶς πρὸς τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν τοῦ κατη-
V 84 γόρου ῥηθέντων, ἐπεὶ περ ἐκεῖνος ἐν τῷ αὐτῷ σοφίαν οἷον ἐπιδεικνύμενος
συλλογισμοῖς τε καὶ ἐπιχειρήμασιν οὐκ ὀλίγοις κατὰ Πλάτωνος κέχρηται
οἰόμενος ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους ἐπιχειρεῖν καὶ κατ' ἐκεῖνον καὶ τὰς ἐκεῖ- 10
νου τοῦτο μὲν δόξας περὶ τῶν προκειμένων ζητημάτων, τοῦτο δὲ μεθόδους
τῶν λόγων καὶ αὐτὸς συλλογίζεσθαι, φέρε νῦν ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ ταῦτα
πάντα συναγαγόντες δείξωμεν οὐδὲν τούτων ἢν τ' ὀρθῶς ῥηθὲν οὔτε ταῖς
τοῦ φιλοσόφου Ἀριστοτέλους δόξαις συμβαῖνον, τοὺς τε συλλογισμοὺς
αὐτοῦ συγκεχυμένως τε καὶ ἀτάκτως διεσπαρμένους εἰς σχῆμά τε συλλο- 15
V 84 γιστικὸν ἀναγάγωμεν καὶ τὰς αὐτῶν ἐπενέγκωμεν λύσεις, ἐκτιθέμενοι καὶ
τὰς περὶ τῶν προκειμένων δόξας Ἀριστοτέλους, ἧ τε ταῖς αὐτοῦ Ἀριστο-
τέλους ῥήσεσι καὶ ἧ ταῖς τῶν ἐξηγησαμένων αὐτὸν μαρτυρίαις μάλιστ'
ἂν τις πειθῆι εὖ ἡμᾶς συνιέναι τῶν λεγομένων. ἐπεὶ δὲ διὰ Λατίνους
μάλιστα τὴν Πλάτωνος εἰλόμεθα συνηγορίαν, μὴ πάνυ τοι τὰ ἐκείνου ἠκρι- 20
βωκότας, — Ἑλλήνων γὰρ οὐδεὶς ἂν οὔτε τῶν κατηγοροῦ κατὰ Πλάτωνος
ἐπιστραφεῖη λαιδορημάτων οὔτε τῆς ἡμῶν δέοιτο συνηγορίας, μεγίστας τε
καὶ τιμιωτάτας περὶ αὐτοῦ δόξας πάντων ἐχόντων — ποιήσομεν τὰ προκει-
μενα, ἐλάχιστα μὲν ταῖς τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητῶν, μάλιστα δὲ ταῖς Λατίνων
καὶ αἷς χρῶνται Λατῖνοι μαρτυρίαις τὰ προκείμενα βεβαιούμενοι. ἐκθήσομέν 25
τε τὰ τοῦ κατηγοροῦ ἐπιχειρήματα καὶ οἷς χρῆται λόγοις, οὐχ ὡς αὐτὸς
ἐκεῖνος ἐκτέθειται συγχύσεως καὶ ἀταξίας πάντα μεστὰ, ἀλλ' ὡς δοκεῖ βουλη-
θῆναι ἂν κεῖσθαι, καὶ ὡς οἷον τε πρὸς πάντα τὸν κοινὸν δὴ τοῦτον καὶ
διαλεκτικὸν ἀποκρινόμεθα τρόπον, μὴ κάλλους ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων, μὴ
κομψείας οὐδεμιᾶς ἢ κομμωτικοῦ λόγου φροντίζοντες, ἀλλ' αὐτὰ γυμνὰ τὰ 80
πράγματα ἐκτιθέμενοι, ὡς ἂν μάλιστὰ τις διῖδειν δύναιτο καὶ κρῖναι, τί τε ὑπὸ
τοῦ ἀντιδίκου λέγεται, πῶς τε ἡμεῖς ἀποκρινόμεθα καὶ τοὺς ἐκείνου διαλύομεν
λόγους. οὔτε μὴν τοῦ δέοντος ἐσόμεθα μακρότεροι, πλὴν ὅσον ἐπὶ πλεόν ταῖς
τῶν ἐνδοξοτέρων ἐξηγητῶν μαρτυρίαις ἐνδιατριῦσαι ἀνάγκη καὶ μακροτέραις
αὐταῖς ἔστιν ὅτε εἰς πλείονα τῶν λεγομένων ἐνδειξιν χρήσασθαι καὶ τοῦ τί 85
περὶ τῶν προκειμένων ἐκάστου τῶν σοφῶν ἐκείνων ἀνδρῶν καὶ μηδὲν ἢ Ἀρι-
στοτέλη πνεόντων ἕκαστος εἴρηκεν. οὐ μὴν οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἢ τὴν τάξιν

BESSARIONIS
CARDINALIS NICENI ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI
IN CALUMNIATOREM PLATONIS
LIBER TERTIUS.

6 Cap. I. Argumentis, quibus tamquam ex opinione Aristotelis usus est
adversarius, separatim respondendum esse.

Post haec alio volumine colligam ad respondendum recte adversarii
argumenta omnia, quae in Platonem affert quasi ex philosophi Aristotelis
opinionem, quamquam haec loco certe illorum habenda sunt, quibus Aristo-
10 teles vir praeclarus ne respondendum quidem et censet et praecipit. Tam
enim nulla in eis vis est, ut contemnenda potius quam ad solutionem repe-
tenda esse videantur. Sed cum meum his in libris institutum non id
potissimum sit, ut hominem hunc errasse ostendam, quod effici sine ulla
difficultate potest, sed ut gravius aliquid et philosophandi studio dignius
15 afferam viris nostra aetate sapientiae studiosis, quo eorum ingenia, quam-
vis acuta, acutiora fortassis ad iudicandum reddantur, idcirco repetam ar-
gumenta illa, ut frivolis adversarii rationibus alias responsum utile pro
viribus reddam syllogismosque eius colligam ex medio tumultu verborum,
quibus, cum Platonem reprehendere studeat, se ipsum decipi labique per
20 summos errores declarat, quamquam colligi eos atque in aliquam redigi
speciem ratiocinandi longe difficilius quam solvere est. Ita enim repre-
hensor hic Platonis argumentatur, ut non, quid dicat, intellegendum, sed
quid dicere velit, vaticinandum omnino sit. Sed ne hoc quidem laboris
recuso, modo haec mea respondendi ratio non nihil fructus hominibus
25 scientiae philosophandi deditis afferat. Exponam igitur singulas eius rationes
ea figura, eo modo, quo ipse afferri velle videatur, et singulis respondebo
non aliter quam ex more vulgaris disputationis, scilicet omisso sermonis
splendore ac omni praeparandi, disponendi · exornandique artificio, ut
quisque meae responsionis rationem accipere et, quam aperte argumenta
30 adversarii refellantur, prospicere facilius et iudicare diligentius possit.
Nec longius, quam necessarium sit, progrediar, nisi in auctorum proba-
tissimorum testimoniis, quae eo afferri copiosius debent, quo quid unus-
quisque vir doctrina illustris eadem de re senserit, audivisse non modo
plurimum iuvat, verum etiam delectat. Nec vero numerum aut ordinem
35 capitum adversarii praetermittam, ut si, ubinam quaeque scripserit, minus
meminit, locum audiat et, ut libitum est, sua repetat.

τῶν κεφαλαίων τοῦ ἀντιδίκου παραδραμούμεθα ἢ ὅλως μεταποιήσομεν, ὡς ἂν, εἰ ὁ ἀντίδικος μὴ μεμνημένος τυγχάνοι τὰ ἡμέτερα διερχόμενος, ποῦ τε καὶ ὅπως περὶ ἐκάστου εἴρηκεν, ἀκούων ἡμῶν, ὅπου ἐκεῖνα εἴρηκει, ζητήσας εὖροι τε τὰ αὐτοῦ καὶ εὐρῶν ἐπισκέψαιτο βέλτιον. ἀναγκασθη- σόμεθα δὲ διὰ τὸ τὴν τάξιν ἐκείνην αὐτοῦ φυλάττειν ἐθέλειν οὐκ ὀλίγων 5 τινῶν, ἃ ἐν τῷ πρὸ τούτου διελύσαμεν ἱκανῶς τε ἐπεξεργασάμεθα, κἀν- V 85 ταῦθα διὰ βραχέων ὅσον ἀφοσιώσάμενοι ἐπιμνησθῆναι.

Κεφ. β' "Ὅτι ἡ τοῦ δευτέρου ὑπὸ τοῦ πρώτου θεοῦ κατὰ Πλάτωνα πρό- οδος καὶ ἐφεξῆς οὐ μόνον τοῖς φυσικοῖς λόγοις συμβαίνει, ἀλλὰ καὶ τοῖς 10 χαριεστέροις τῶν φιλοσόφων συνδοκεῖ.

2,1 Ἐν τοίνυν αὐτοῦ τῷ πρώτῳ τῶν τοῦ δευτέρου βιβλίου κεφαλαίων κατηγορεῖ τοῦ Πλάτωνος ὡς πλείους τιθεμένου θεούς, ὧν τὸν δεύτερον ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀμέσως φησὶ προελθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο πλατὺν αὐτοῦ γέλωτα καταχέει. ὅσον μέντοι ἢ γε τοιαύτη Πλάτωνος περὶ θεῶν καὶ τῆς ἐκείνων προόδου δόξα τῷ φυσικῷ λόγῳ συμβαίνει, ὅπως τ' ἐκείνῳ μόνῳ 15 Πλάτων καὶ οἱ τότε σοφοὶ ποδηγούμενοι εὖ ὡς οἶόν τε περὶ τῶν θείων ἐδόξασαν μήπω τῆς θεόθεν τῶν θείων μυστηρίων ἀποκαλύψεως τοῦ και- ροῦ ἐπιστάντος, μαθεῖν ἔξεστι τοῦτο μὲν καὶ αὐτοῦ Ἀριστοτέλους τῶν τε ἐνδοξοτέρων φιλοσόφων ταῖς γνώμαις, τοῦτο δὲ καὶ τῶν τῆς ἡμετέρας εὐσεβοῦς θρησκείας ἱερῶν διδασκάλων καὶ θεολόγων, οἱ καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτά 20 πως τῷ Πλάτωνι συγχωρεῖν οὐ πάντῃ γε ἀποκνοῦσιν. ἀκουσάτω δὴ τοῦ Ἀβικαιναῖο ὁ κατήγορος, εἰ φυσικῶς περὶ τούτων ἐθελήσειε σκοπεῖν, ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν νοητῶν οὐσίας τὴν δευτέραν μόνην λέγοντος προϊέναι, τὴν γε μὴν δευτέραν πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐπιστρεφομένην κἀκείνην νοοῦσαν τὸ τρίτον προάγειν τῶν νοητῶν, πρὸς ἑαυτὴν δὲ ἐπιστρεφομένην καὶ νοοῦσαν 25 ἑαυτὴν προβάλλεσθαι τὴν τῆς πρώτης σφαίρας ψυχὴν, ἐκείνῳ δηλονότι τῷ λόγῳ, ᾧ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς ἀπὸ μιᾶς τε καὶ ἀπλῆς ἀρχῆς ἐν προάγεσθαι βούλεται. ἔπεται γὰρ δὴ τῷ γε τοιούτῳ τῶν νοητῶν οὐσιῶν, εἰ ὑπ' ἄλλου προΐτασι, τὴν δευτέραν ἀπὸ τῆς πρώτης κἀκ τῆς δευτέρας τὴν τρίτην ἀναγκαίως προελθεῖν. δι' 30 δ καὶ Ἀλβερτος, ὁ διὰ τὴν σοφίαν ἐπονομασθεὶς Μέγας, ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦτο πεφρονηκέναι περὶ τούτων Ἀριστοτέλη διίσχυρι- ζεται. ἃ οὖν ἐνδείκνυται μὲν Ἀριστοτέλης, Ἀβικαιναῖος δὲ καὶ Ἀλβερτος σαφέστερόν τε καὶ εὐκρινέστερον περὶ τῆς τῶν παραγόντων τε καὶ παρα- 35 γομένων παραδιδόασιν τάξεως, καταγελῶν ὁ κατήγορος ἄγνοιαν ἑαυτοῦ κατη- γορεῖ τῆς φυσικῆς τῶν παραγόντων τε καὶ παραγομένων τάξεως.

2 Εἰ δὲ τοῦ φυσικοῦ λόγου καταφρονῶν θεολογικώτερον περὶ τούτων πραγματεύεσθαι βούλοιο ὁ ταύτης τῆς δόξης καταμωκώμενος, ἴστω καὶ V 85 τούς ἱεροὺς ἡμῶν διδασκάλους, εἰ καὶ πάντες κοινῶς πᾶσαν ἀπάντων τῶν ὄντων πρόοδόν τε καὶ δημιουργίαν εἰς τὸ πρῶτον αἴτιον ἀναφέρουσι καὶ 40 ὑπ' ἐκείνου πάντα ἀμέσως δεδημιουργῆσθαι διίσχυρίζονται, ἔστιν οὖς ὁμῶς

Cap. II. Plures esse deos, secundum a primo procedere et reliquos deinceps non Platonis tantum, sed etiam Aristotelis et aliorum nobilium philosophorum sententiam esse.

Capite suo primo libri secundi plures dicit a Platone statui deos, 2,1
 5 quorum secundus a primo immediate, tertius a secundo et reliqui ad hunc modum usque ad ultimum processissent, atque ob eam rem irridendum censet. Sed quam naturae rationi consentanea haec Platonis opinio de diis fuerit, cum revelationis divinae adhuc tempus non esset, intellegere licet iudicio tum Aristotelis et reliquorum nobilium philosophorum, tum
 10 sanctorum nostrae religionis theologorum, qui et ipsi eadem quodammodo admittunt, quae Plato senserit. Iam Avicenna, si physice loqui adversarius velit, a prima intellegentia secundam solum prodire asserit, secundam autem, cum ad primam se convertens intellegit, producere tertiam, tum deinde eandem se ipsam intellegendo animam primi orbis creare, videlicet ea natu-
 15 rae ratione, qua auctore Aristotele ab uno simplicique principio non nisi unum produci potest. Sic enim ille secundo de Generatione et Corruptione libro edocuit satisque sibi placere significat, ut, si intellegentiae creatae sunt, secundam a prima et tertiam a secunda creatam esse necesse sit. Quod et Albertus cognomine Magnus idem sensisse in octavo Physicorum
 20 suorum libro affirmat. Quae cum ita ab Aristotele inchoentur, ab Avicenna et Alberto expressius ad creationis rationem accommodentur, adversarius, qui hanc Platonis de diis sententiam irridendam existimat, plane ignorare videtur ordinem, quem in creandis rebus natura sibi proprium servat.

Si theologice potius agere velit, sciat irrisor huius opinionis doctores 2
 26 sanctos, tametsi inter omnes convenit omnem creaturam ab uno principio immediate esse productam, tamen nonnullos admittere quodam modo, ut creandi potentia creaturae etiam possit communicari atque altera creatura producere alteram possit, licet non principaliter, sed ratione instrumentali in primi virtute. Patet hoc sententia magistri Sententiarum quarto capite
 30 quarti libri et divi Thomae Aquinatis, qui, posteaquam plura contra hunc illius locum argumentatus est, demum hac tuetur distinctione duplici modo intellegi posse creaturam creare: aut enim ita, ut nihil praesupponatur ex

συγχωρεῖν πῃ τῆς τοῦ δημιουργεῖν δυνάμεως καὶ αὐτὰ τὰ δημιουργήματα δύνασθαι πως μετέχειν καὶ ἓν τι δημιούργημα ἕτερον δημιουργεῖν δύνασθαι, εἰ καὶ μὴ ἀρχοειδῶς τε καὶ κεφαλαίως, ἀλλ' ὀργανικῶς μόνον τῇ δυνάμει τῆς πρωτίστης τῶν ὄντων ἀρχῆς βοηθούμενον. εὐροῖς δ' ἂν τοῦτο ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ τετάρτου βιβλίου τοῦ διδασκάλου τῶν Αποφάσεων. 5 εἴση δὲ καὶ σαφέστερον καὶ τῶν τοῦ θείου Θωμᾶ λόγων, ὅς διὰ πολλῶν κατὰ τῆς τοιαύτης δόξης πρότερον ἐπιχειρηκῶς, τελευτῶν τοιαύτη τινὶ διακρίσει τῇ προειρημένη συνηγορεῖ δόξῃ »διττῶς, λέγων, τὸ δημιούργημα οἷόν τε νοεῖσθαι ἕτερόν τι δημιουργεῖν· ἦτοι γὰρ ὡς μηδενὸς ἑτέρου ποιούντος πρὸ αὐτοῦ ὑποτεθέντος, μηδὲ νοουμένης ἑτέρας τινὸς ἀρχῆς προτέρας 10 αὐτοῦ τοῦ δημιουργοῦντος — ὡς δὴ τρόπῳ πάντῃ ἀδύνατόν φησι δημιούργημα τι δημιουργεῖν ἕτερον — ἢ ὡς ἂν οὐδενὸς μέρους τοῦ γινομένου ὅλως ὑποτεθέντος, δηλονότι μηδεμιᾶς προηγουμένης ὕλης, ἐξ ἧς ἂν δημιουργηθεῖ τὸ μέλλον δημιουργεῖσθαι. ὃν δὴ τρόπον δυνατὸν καὶ δημιούργημα τι τῆς τοῦ δύνασθαι δημιουργεῖν μετέχειν δυνάμεως.« οὐδὲ γὰρ ἔπεται ἄπειρον 15 εἶναι τὴν τινος δημιουργήματος δύναμιν, ἢ δὴ φεύγειν ἡμᾶς ἀνάγκη ὡς ἄτοπον, εἴ τι δημιούργημα τῇ τῆς πρωτίστης ἀρχῆς δυνάμει ποιεῖ, ὅτι ἂν ποιῇ ὑπηρετούμενον. οὕτως ἄπερ οἱ ἡμέτεροι θεῖοι διδάσκαλοι θεόθεν δεδιδαγμένοι δυνατὸν εἶναι διαβεβαιοῦνται, αὐτὰ ταῦθ' οἱ ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς φιλόσοφοι ὑπὸ μόνου τοῦ φυσικοῦ φωτός τε καὶ λόγου ποδηγούμενοι 20 παραδεδώκασι, τάξιν τινὰ ἐν τῇ ἀφ' ἑνὸς του τῶν νοητῶν ἑτέρου του προόδῳ διδάσκοντες. ἧς δὴ δόξης ἀρχηγέτην γενέσθαι τὸν Πλάτωνα θαυμα- V86 στέον μᾶλλον ἢ ὡς ὁ κατήγορος δρᾶ, καταγελαστέον. αὐτός τε γὰρ Πλάτων καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου Πλατωνικοὶ κληθέντες, Ἀβικαιναῖς τε καὶ ἄλλοι τῶν σοφῶν οὐκ ὀλίγοι, εἰ καὶ πλείοσι τὴν τοῦ δημιουργεῖν ἀπονέμουσι 25 δύναμιν, πρὸς ἓν μέντοι καὶ τὸ αὐτὸ αἷτιον καὶ μίαν ἀναφέρουσι τὴν πρωτίστην ἀρχὴν ἅπαντα, ἐκεῖνο πρῶτιστον ἀπάντων τῶν ὄντων αἷτιον εἶναι τιθέμενοι καὶ ἀρχὴν. »πάντα, φησὶν ὁ Πρόκλος, ἀπὸ μιᾶς πρόεισι, τῆς πρώτης ἀρχῆς.« καὶ αὖ· »τῶν ὄντων πάντων ἀρχὴ καὶ πρώτη αἷτια ἐστὶ τὰγαθόνα. καὶ πάλιν· »πᾶν τὸ ὑπὸ τῶν δευτέρων αἷτιων παραγόμενον 30 μᾶλλον ὑπὸ τῶν πρώτων παράγεται«. καὶ μᾶλλον εἰσιν αἷτιχτὰ τῶν δευτέρων αἷτιων αἷτια. ὁ μέντοι γε κατήγορος οὗτος τὰ ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν τε καὶ φιλοσόφων οὕτως ἐπαινούμενά τε καὶ δοξαζόμενα μετὰ πολλοῦ τοῦ καταγέλωτος ἀποδοκιμάζει.

Κεφ. γ' Ὅτι ἡ τοῦ Πλάτωνος περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς θεολογία οὐ πλασμα- 86 τώδης ἐστίν, ἀλλὰ καὶ λόγοις αὐτοῖς καὶ μαρτυρίαις τῶν ἱερῶν διδασκάλων ἀποδείκνυσθαι δύναται.

- 3 Προστίθῃσι δ' ἐφεξῆς τὴν Πλάτωνος περὶ τοῦ πρώτου θεοῦ θεολογίαν ἐν λόγοις συνίστασθαι μόνον, οὐδὲν ἄλλο ἢ πλασματώδη τινὰ εἶναι, καὶ ῥηματικὴν αὐτὴν ὀνομάζει. πρὸς ὃ εἰ καὶ ἱκανῶς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἀπε- 40 κρινάμεθα, τοῦτο μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ Πλάτωνος λόγων, τοῦτο δ' ἐκ τῶν

parte agentis, hoc est, ut nihil aliud sit prius ipsa creatura — quo modo impossibile esse creaturam creare ait — aut ita, ut nihil praesupponatur ex parte facti, hoc est, ut nulla materia antecedit, ex qua res creanda efficiatur. Quo modo possibile esse potentiam creandi cum creatura communi-
 5 cari. Non enim sequitur ex hoc, ut in creatura creante potentia sit infinita, cum semper ipsa creatura agat in primi virtute ut ministra. Ita, quod theologi nostri divinitus edocti possibile esse confirmant, philosophi, qui ratione tantum naturae ducti rerum omnium causam efficientem posuerant, confessi sunt. Cuius opinionis principem fuisse Platonem commen-
 10 dandum profecto est, non, ut adversarius ducit, irridendum. Sic Plato et qui eum secuti sunt, sic Avicenna et plerique alii, quamvis pluribus tribuant creationem, tamen cuncta ad unum idemque principium referunt, idque summum primumque omnium initium et causam esse arbitrantur. »Omnia, inquit Proclus, ab una prima causa prodeunt.« »Rerum omnium principium et
 15 prima causa ipsum bonum est.« »Omne, quod a secundis producitur causis, magis a primis producitur, quae et magis causae sunt et secundarum ipsarum causarum productrices.« Sed hic adversarius, quae a gravissimis philosophis tam vehementer probantur, cum irrisione reprehendit.

Cap. III. Quod positio Platonis de primo deo non verbis, sed re ipsa
 20 constat.

Addit positionem Platonis de primo deo in verbis tantummodo con-
 3 tineri nec plus quicquam significari quam figmentum, verbalemque eam

81 μάλλον] μαιζόνως edit. | πρώτων] προτέρων καὶ αἰτιωτέρων edit.

8 Thom. Aq. In IV. Sent. Petr. Lomb. dist. 5. quaest. 1. art. 3. | 29 Procl. Institutio theologica c. 11. | 29 Procl. Inst. theol. c. 12. | 80 Procl. Inst. theol. c. 56.

Mohler, Kardinal Bessarion. II.

ἱερῶν ἡμῶν διδασκάλων, χρῆσόμεθα δ' ὁμῶς καὶ νῦν διὰ τοὺς Λατίνους
 ταῖς ἀνδρῶν Λατίνων Αὐγουστίνου καὶ Θωμᾶ ἀμφοῖν ἀγιωτάτοι καὶ σοφω-
 τάτοι γενομένοι μαρτυρίαις, ὡς ἂν καὶ γνώμη τῶν τοιούτων θείων ἀνδρῶν
 φανεῖ σαφέστερον οὐ ῥηματικῆν, ἀλλὰ καὶ μάλα πραγματειώδη τὴν περὶ
 τοῦ ἐνὸς θεοῦ Πλάτωνος εἶναι θεολογίαν. αὐτίκα ὁ μὲν Αὐγουστίνος ἐν 5
 τῷ ὀγδόῳ τῶν περὶ τῆς Πόλεως τοῦ Θεοῦ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ πρώτου καὶ
 μόνου θεοῦ οὐδέσιν ἄλλοις ἢ τοῖς Πλάτωνος βοηθούμενος λόγοις καὶ αὐτοῖς
 τοῖς ἐκεῖνου ῥήμασι χρῆται πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου αὐτῷ ἐπεξεργασίαν,
 οὐκ ἂν, εἰ μάταιοί τινες καὶ πλασματώδεις καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ ψόφος ῥημά-
 V 86^v των κενὸς ἦσαν, ὡς ὁ κατήγορος ἀνειροπολεῖ. Θωμᾶς δὲ ὁ ἱερός ἐξηγού- 10
 μενος τὸ περὶ θείων ὀνομάτων Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου τάδε περὶ τῆς
 τοῦ Πλάτωνος περὶ θεοῦ δόξης φησὶν· «ἰστέον δ' ἀσάφειάν τινά εἶναι ἐν
 τοῖς τοῦ Διονυσίου λόγοις διὰ τε ἄλλα καὶ μάλιστα δι' ὅτι ὁ λεκτικὸς αὐτῷ
 τρόπος τῷ Πλατωνικῷ ἐστὶν ὁμοῖος, ὥ οἱ μεταγενέστεροι οὐ χρῶνται.
 ἐκεῖνοι γὰρ πάντα τὰ σύνθετα ταῦτα καὶ ὑλικά εἰς τινὰς ἀπλᾶς καὶ ἀύλους 15
 ἀνάγειν βουλόμενοι ἄρχὰς εἰσήγαγόν τινὰ εἶδη χωριστά, τὸν αἰσθητὸν τοῦ-
 τον καὶ καθ' ἕκαστα ἄνθρωπον οὐκ αὐτὸν ἄνθρωπον εἶναι λέγοντες, ἀλλὰ
 τῇ μετοχῇ τοῦ αὐτοανθρώπου ἄνθρωπον εἶναι». οὕτως οὖν καὶ τοῖς
 μάλιστα κοινοῖς ἐν τι πρώτιστον ἐτίθεντο, αὐτοουσίαν ἀγαθότητος, ἐνάδος
 καὶ τοῦ εἶναι ὑπάρχον, ὅπερ αὐτὸν φάμεν τὸν θεὸν εἶναι, ἀφ' οὗ πάντα 20
 κατὰ μετοχὴν ἀγαθὰ λέγονται. ὅθεν καὶ αὐτοαγαθότητα τὸ πρῶτον ἐκεῖνο
 ἐκάλουν.» αὕτη μέντοι ἡ τῶν Πλατωνικῶν θέσις οὐ συνάδει τῇ τῆς πίστεως
 ἀληθείᾳ ὅσον κατὰ γε τὸ τίθεσθαι εἶδη φύσει τῶν τῆδε χωριστὰ ὄντα.
 κατὰ γε μὴν ὃ φασὶ περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς, ἀληθεστάτη ἐστὶ καὶ τῇ
 ἱερᾷ ἡμῶν πίστει συνωδός.» ταύτην οὖν τὴν ὑπὸ τῶν μεγίστων τούτων 25
 θεολόγων ἐπαινουμένην θεολογίαν τοῦ Πλάτωνος ὁ χρηστὸς οὕτως ῥηματι-
 κῆν τε καὶ οὐ μόνον ἀλλοτριωτάτην τῆς τῆς πίστεως ἀληθείας ἐναντίως
 Θωμᾶ τε καὶ Αὐγουστίνῳ τολμᾷ ὀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ ἴσα καὶ τὸ μηδὲν
 αὐτὴν οἶεται εἶναι.

Κεφ. δ' Ὅτι τοῖς μετὰ τὸν πρῶτον θεοῖς λατρεύειν οὐ Πλάτωνι μόνον, 30
 ἀλλὰ καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, πρὸς τὸ κοινὸν ἀφορῶσιν ἔθος, ἀλλ' οὐ
 κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν δόξαν.

4,1 Ἐτι παρὰ ταῦτά φησι τὴν λατρείαν, ἣν τῷ πρώτῳ μόνῳ θεῷ ἀπο-
 νέμειν ὀφείλομεν, τοῖς δημιουργηθεῖσι θεοῖς καὶ διὰ τοῦτο τῇ κτίσει ὑπὸ
 Πλάτωνος ἀποδίδοσθαι, εἴπερ θύειν μὲν αὐτοῖς παρακελεύεται, τὸ δὲ θύειν 35
 λατρεία τοῦ θείου ἐστίν. Ἀριστοτέλη μέντοι μηδὲν τοιοῦτο μήτε ποιῆσαι
 μήτ' ἐπιτάξει. οὐδὲ δύναται συνορᾶν τὸ ἐγκλημα τοῦτο κοινὸν γεγονέναι
 πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις, οὐς διὰ τὴν θρησκείαν ὀνομάζομεν ἔθνη. πάντες γὰρ
 δὴ κοινῶς τοῖς ἰδίοις θεοῖς ἐζωοθύτουν καὶ τοῦτο ποιῶντες εὐσεβεῖν
 ἐνόμιζον. δι' ὃ καὶ ἡ παλαιὰ θεία γραφή τούτου ἀποτρέπουσα τοὺς ἀνθρώ- 40
 πους τοῦ ἔθους διακελεύεται μηδενὶ ὄλως πλὴν τῷ ἐνὶ ἀληθεῖ θεῷ λατρεύ-

vocat. Ad quem eius locum etsi satis secundo pro Platone volumine respondi tum ex verbis eiusdem Platonis tum etiam ex doctorum sanctorum sententia, tamen et Augustinum et Thomam, viros sapientissimos eosdemque sanctissimos, adiiciendos putavi, ut latius testimonio piissimi
 5 ordinis non verbalem, sed perquam realem positionem illam Platonis esse constaret. Affert sane Augustinus libro de Civitate Dei octavo easdem, quas Plato, rationes ad ostendendum illud primum, quod adversarius nihil praeterquam verbum existimat. Thomas vero exponens librum divi Dionysii de divinis nominibus scribit de Platonis opinione haec: »Considerandum diffi-
 10 cultatem esse in libris Dionysii propter multa, sed maxime quia utitur modo loquendi, quo Platonici usi sunt, qui apud iuniores consuetus non est. Cum enim illi reducere vellent omnia composita et materialia in simplicia et immaterialia principia, posuerunt species separatas, unde hominem singularem sensibilem non esse ipsum hominem, sed participatione
 15 illius primi hominis separati singularem hunc esse dicebant.« »Quod ut in speciebus ponebant, ita etiam in maxime communibus unum primum, quod esset ipsa essentia bonitatis, unitatis et esse, quod deum dicimus, ponendum censebant, a quo omnia per derivationem bona dicerentur. Unde illud primum nominabant ipsum bonum.« »Quae Platoniorum opinio non
 20 consonat veritati aut fidei quantum ad hoc, quod de speciebus naturaliter separatis statuit. Sed quantum ad id, quod de primo principio dicebant, verissima est et fidei Christianae consona.« Hanc a summis theologis approbatam opinionem hic verbalem appellat, nec solum remotissimam esse a Christiana doctrina contra doctorem sanctissimum Thomam dicere audet,
 25 verum et nihil esse omnino arbitratur.

Cap. IV. Quod cultum latriae non solum Plato, verum etiam Aristoteles statuit vulgi opinionem sequentes.

Dicit praeterea cultum, quem deo soli et principio primo attribuimus, 4, 1 quem latriam theologi nostri vocaverunt, diis creatis et creaturae tribui a
 80 Platone, cum huiusmodi diis sacrificia statuat. Ab Aristotele vero nihil tale esse scriptum contendit. Nec videt crimen hoc idem commune illis esse hominibus omnibus, quos gentiles vocamus. Omnes enim illi diis suis sacrificandum censebant. Ex quo cultu vetus sacrarum litterarum ritus revocans gentes hortatur, ne cui nisi uni vero deo sacrificent, illi serviant
 85 soli, illum unum adorent. A quo nos postea Christi felici nomine nuncupati

5 cf. Aug. De Civ. Dei VIII. 5, 11—13. | 12 Thom. Aq. In Dionysii de div. nom. expositio. Praefatio.

ειν, ἐκείνῳ δὲ μόνῳ δουλεύειν κάκεινον προσκυνεῖν μόνον. παρ' ἧς καὶ
 V87 ἡμεῖς οἱ ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοι παραλαβόντες τὸ ὄνομα τῆς λατρείας
 ἐπὶ τὴν τάληθεῖ θεῷ μόνον ὀφειλομένην ἰδίως ὁσίαν μετηνέγκαμεν, ὡς παρά
 γε τοῖς ἔθνεσιν οὐ τοῦθ' ὁ παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τινὰ δουλείας τρόπον ἀκρι-
 βέστερον σημαίνει καὶ ἀνθρώποις ὑπερέχουσιν ὑπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἀπο- 5
 νεμόμενον, ὡσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ μεταφορικῶς ὑφ' ἡμῶν ἐκ τῶν ἀρχαιο-
 τέρων μετενηνεγμένα ἐφ' ἑτέρας παραλαμβάνεται σημασίας. αὐτίκα τῷ
 θεοῦ ὀνόματι καὶ ἄγγελοι καὶ ἅγιοι ὑπ' ἐκείνων ἐκαλοῦντο, τῷ δ' ἀγγέλου
 καὶ ὅστισοῦν ἀνθρώπος ἑτέρῳ τὰς ἑτέρου ἐντολὰς διαγγέλλων, τῷ δ' ἀπο-
 στόλου ὁ στόλος, τῷ δ' ἁγίου ἕκαστος τῶν ἀρετῆ τινι καὶ εὐσεβείᾳ προῦ- 10
 χόντων, τῷ δ' ἐκκλησίας συνοδος πλήθους ἀνθρώπων, τῷ δ' εὐαγγελίου
 ἑκάστη χρηστὴ ἀγγελία, τῷ δὲ τοῦ σταυροῦ τὰ τῶν στρατοπέδων χαρακώ-
 ματα, τῷ δὲ μάρτυρος καὶ οἱ ἐν δίκαις εἰς μαρτυρίαν προαγόμενοι. πρόσθε
 δουλείαν καὶ ὑπερδουλείαν, ἅπερ ἡμεῖς ἄλλως ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐκλαμβάνομεν.
 καὶ μακρὸν ἂν εἶη πάντα καταριθμήσασθαι, ὅσα ἡμεῖς εἰς ἄλλην μετηνέγ- 15
 καμεν χρῆσιν καὶ σημασίαν. ταῦτα δὲ εἶπον βουλόμενος δεῖξαι τὸ λατρείας
 ὄνομα καὶ θυσίας, ὃ τῷ Πλάτωνι προφέρει ὁ κατήγορος, οὐ ταῦτόν νῦν
 παρ' ἡμῖν ὁ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐκεῖνοις σημαίνειν. ἐκεῖνοις μὲν γὰρ
 σύνηθες ἦν τῆς οἰκείας θρησκείας ζωοθυτεῖν τοῖς θεοῖς, οὐ μέντοι γε τοῦτο
 τὴν μεγίστην τοῦ θεοῦ νομίζεῖν εἶναι τιμὴν οὐδὲ τὴν παρ' ἡμῖν καλου- 20
 μένην λατρείαν, ὡς αὐτὴν ἡμεῖς ἀκούομεν, ἣν οὐδενὶ θέμις εἶναι φαμεν
 ἄλλῳ πλὴν τῷ ἀληθεῖ ἀπονέμειν θεῷ, λατρείαν δὲ τὴν ὡς δουλείαν τινὰ
 καὶ ὑπουργίαν ἀκριβεστέραν, ἣ καὶ ἀνθρώποις ἀνθρωποὶ λατρεύειν ἐλέγοντο.
 οὐ πλήρεις πάντες Ἑλλήνων λόγοι καὶ πᾶσα ποίησις.

2 Καὶ ὁ Πλάτων οὖν, ὡς προεῖπον, τοῖς τῶν ἐπ' αὐτοῦ γενομένων 25
 ἀνθρώπων ἀκολουθῶν ἔθεσιν, ἀπὸ Ὀρφεως τε καὶ Ζαμόλξιδος καὶ τῶν
 ἄλλων ἀρχαιοτέρων νομοθετῶν ἠργμένοις πολλῶ πρὸ αὐτοῦ, περὶ τῶν θυσιῶν
 διατάττεται καὶ τὰς τότε τοῖς θεοῖς ἀποδιδόμενας τιμὰς καὶ αὐτὸς συγ-
 χωρεῖ μὲν πως, πολλῶ δὲ τῆς κοινῆς τοῦ πλήθους ἀπέχων δόξης εἰς τὴν
 V87^v πρωτίστην πάντων ἀρχὴν τὴν τοῖς πολλοῖς τε καὶ διαφόροις θεοῖς ἀπονε- 30
 νομένην λατρείαν ἀνῆγεν. εἰ δὴ τις ἐπιμελέστερον αὐτοῦ τὴν περὶ θυσιῶν
 ἐξετάσειε γνώμην, εὐρήσει τῷ ὄντι οὐχ ὅλη αὐτὸν διανοίᾳ αἵμασι ζῶων
 ἐπιτάξαντα τὸ θεῖον τιμᾶν, ἀλλὰ τῷ τοῦ πλήθους τοῦ κατ' ἐκεῖνο τοῦ και-
 ροῦ ἀναγκαζόμενος ἔθει, μή τι καὶ δόξειεν περὶ τὰ θεῖα καινοτομεῖν, τοῦτο
 δὲ καὶ Ἀριστοτέλους γνώμην γενέσθαι. ἐπεὶ τί περὶ τούτων Πλάτων φρονεῖ, 35
 ἱκανῶς ἐν τῇ Ἐπινομίδι δηλοῖ λέγων· »τοὺς θεοὺς ὑμνοῦντες σφόδρα τιμῶ-
 μεν, εὐχόμενοι τὰ κάλλιστα καὶ ἄριστα περὶ αὐτῶν ἐπιέναι λέγειν ἡμῖν.«
 φησὶ δὲ καὶ Πορφύριος ἐν δευτέρῳ τῶν περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων· »θύσωμεν
 τοίνυν καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ θύσωμεν, ὡς προσήκει, διαφόρους τὰς θυσίας ὡς
 διαφόροις δυνάμεσι προσάγοντες· θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὡς τις ἀνὴρ σοφὸς 40
 ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες μήτ' ἐπονομάζοντες. οὐδὲν γὰρ
 ἔστιν ἐνυλον, ὃ μὴ τῷ ἄλλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. δι' ὃ οὐδὲ λόγος
 τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδ' ὁ ἐνδον, ὅταν πάθει τῆς ψυχῆς ἢ μεμο-

latriae nomen in usum specialem translatum accepimus, cum apud gentes non religionem, sed servitutis genus quoddam obstrictius significaret, quod vel hominibus notae superioris ab inferioribus exhiberetur, quomodo et multa alia verba translata a nostris in alio usu, sive uno sive praecipuo remanserunt. Iam dei nomen et angelis et sanctis apud illos tribuebatur, angeli homini cuilibet nuntio, apostoli classi, sancti viro cuique virtute pietateque antecellenti, ecclesiae conventui populi, evangelii nuntio felici, crucis vallo, martyris testi. Adde duliam, hyperduliam, quae nos alio modo quam illi accipimus. Longum est omnia enumerare, quae nostri ad alium usum transtulerunt. Quod ideo subiicere volui, ut nomen sacrificii et latriae, quam Platoni adversarius obiicit, non idem hoc tempore apud nos atque olim apud veteres illos significare constaret. Etenim illis in religione fuit sacrificium diis suis facere omnibus sive, ut Porphyrius ait, geniis reddere. Nobis vero latriam nisi deo uni reddere fas non est.

15 Itaque, quod modo dixi, Plato ex usu suae aetatis usque a Zamolxide et Orpheo incepto agit de sacrificiis et, quod in religionis caerimonia temporibus illis consuetum erat, servandum censet, quamquam ipse remotius a vulgari intelligentia sentiens ad summum primumque omnium principium referebat eum cultum, quem multis ac variis numinibus vulgo disponderet. Quodsi scrutari diligentius velimus ea, quae ille de sacrificiis et huiusmodi cultu deorum scripserit, videbitur certe non ex suo iudicio sanguine coli praecipere deum, sed ex usu vulgari et consuetudine longae aetatis coactus sic agere, ne solitam religionem tollere videatur. Quod idem quoque Aristotelem fecisse apertum est. Nam quid ipse Plato hac de re senserit explicat satis, cum in Epinomide dicat: »Ita diis summum exhibemus honorem, si ea de illis sentimus, quae optima rectaque habeantur.« Et Porphyrius in secundo de abstinentia animatorum: »Colamus, inquit, deum silentio puro, religione, puris verisque de eo opinionibus assimilarique ei atque coniungi conemur vitaeque nostrae sanctimoniam pro sacrificio

89 ὄς] Nauck add. &v

88 Plat. Epin. 980 b. | 88 Porphyr. De abstinentia II. 34.

λισμένος, διὰ δὲ σιγῆς καθαῶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐνοιῶν θρησκευόμεν αὐτόν. δεῖ ἄρα συναφθέντας καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῷ τὴν αὐτῶν ἀναγωγὴν θυσίαν ἱεράν προσαγαγεῖν τῷ θεῷ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὕμνον οὔσαν καὶ ἡμῶν σωτηρίαν. ἐν ἀπαθεί ἄρα τῆς ψυχῆς, τοῦ δὲ τοῦ θεοῦ θεωρία ἡ θυσία αὐτὴ τελεῖται.» οὐκ ἐκεῖνος οὖν οἰκεία γνώμη τοὺς θεοὺς αἵμασι 5 κριῶν τε καὶ ταύρων καὶ κνίσαις τιμᾶ, ἀλλ' ἑτέροις ῥήμασι ταυτό φησιν, ὃ καὶ ἡ θεία γραφὴ ἐπιτάττει, πνεῦμα λέγουσα τὸν θεὸν εἶναι καὶ »ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ« δεῖν αὐτὸν προσκυνεῖσθαι.

3 «Ὁ καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φρονῆσαι οὐκ ἂν ποτε ἀρνηθῆην, εἰ καὶ κάκεῖνος, ὡς πρὸ μικροῦ ἔφην, τῇ τῶν πολλῶν συγχωρῶν δόξῃ ζωοθυσίαν 10 τε καὶ τὴν τοιαύτην λατρείαν τοῖς θεοῖς ἐκείνοις οὐ κωλύει ἀπονέμειν. ὃν ὁμῶς ὁ κατήγορος φησιν μηδαμῇ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ταῦτα συγχωρηκένοι, ἀγνοῶν δηλαδὴ περὶ τίνων ὁ φιλόσοφος οὗτος ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἑαυτοῦ πραγματεύεται. ἐν οἷς ἐπιτάττει ἐγείρειν ναοὺς θεοῖς τε καὶ ἥρωσιν καὶ ἱερεῖς καθίστασθαι καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἐπιμελητάς, ζωοθυτεῖν 15 τε καὶ τὰ πάτρια τῆς θρησκείας ἔθη φυλάττειν. οὐδ' ἀποχωρεῖν ὅλως τῆς τῶν καθ' αὐτὸν χρόνων τολμᾶ πλάνης καὶ τῶν πλημμελουμένων γε τότε, εἴ γε καὶ ταῖς τῶν τεθνεώτων ἀνθρώπων ψυχαῖς ἀπονέμεσθαι χρῆναι λατρείαν ἀξιοῖ τὴν καθ' ἡμᾶς τῷ ἀληθεῖ μόνῳ ὀφειλομένην θεῷ. ἥρωες γάρ, οἷς θύειν φησὶν δεῖν, ἀνθρώποι γεγονάσι πρότερον, ἐπ' ἀρετῇ διαπρέψαντες καὶ 20 κατορθώμασιν. ἐχρῆν μέντοι γε οὕτως αὐτοὺς ἀποκρύψαι τὸ ἀληθές, ἵνα μὴ ψήφῳ τοῦ δήμου ταῦτά πάθοιεν Σωκράτει τῷ διδασκάλῳ καὶ κωνεῖῳ τοῦ βίου ἐξέλθοιεν νομιζόμενοι καινὴν εἰσάγειν θρησκείαν. ἦν μὲν οὖν πολλῷ κάλλιον παρρησίᾳ τὴν ἀλήθειαν ὁμολογεῖν καὶ θάνατον δι' αὐτὴν ὑποστῆναι γενναίως. τοῦτό γε μέντοι οἱ ἡμέτεροι μόνοι δεδύνηνται. Σωκράτην μὲν 25 γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Σωφρονίσκου διδάσκαλον ἔσχον, ἐξ οὗ παραδείγματα ἀνθρωπίνης τε καὶ πολιτικῆς ἀρετῆς ἔλαβον μόνον· οἱ δὲ Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, ἀθανάτου πατρὸς αἰώνιον τε καὶ ἀθάνατον ἔκγονον, ὃς θεία δωρεᾶ τε καὶ χάριτι τοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀληθείας ὁμολογητάς πλέον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνισχύσας θανάτου καταφρονητάς ἀπειργάσατο. οὐ θαυμαστὸν τοίνυν, 30 εἰ Ἀριστοτέλης Σωκράτους κωνεῖῳ τεθνηκότος εἰς Μακεδονίαν ἀπεδήμησεν καὶ τῶν Ἀθηναίων δεομένων ἐπανελθεῖν οὐκ ἔφη βούλεσθαι παρασχεῖν αὐτοῖς πρόφασιν δις ἀμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν. οὐ θαυμαστὸν δὲ οὐδ', εἰ Πλάτων εἰς Σικελίαν τε καὶ Ἰταλίαν ἀπέπλευσεν τὴν Ἀθηναίων εἰς φιλοσόφους ἀγνωμοσύνην ἐκκλίνων. βέλτιόν τε οὖν ἐκεῖνοι περὶ τῆς εἰς τὸ 85 θεῖον τιμῆς ἐφρόνου ἢ ἔγραφον, καὶ παρ' ἃ ὄνοντο ἀληθέστερα, ὑπὸ τῆς 88^ν τοῦ πλήθους δόξης ἀναγκαζόμενοι ἐγκρίνειν ἕτερα δοκοῦσιν. εἰ δέ τις αὐτοὺς μέμφεται ὡς τὴν ὀφειλομένην θεῷ λατρείαν τοῖς κτίσμασι παρὰ τὴν ἑαυτῶν ἀπονέμοντας δόξαν, οὐκ ἔλαττον οὐδὲν παρ' αὐτῶν ἀπαιτεῖ, ὧν οἱ ἡμέτεροι πεποιθήκασι μάρτυρες, ὅπῃ ἐκεῖνους ἡμεῖς μὴ ὅτι μάρτυρας καὶ ἀγίους, 40 ἀλλ' οὐδὲ Χριστιανούς ὅλως γεγονέναι φαμέν.

offerre idque deo sacrum accommodare.« Non ergo ille sua sententia diis honorem sanguine nidoreque vituli describit, sed verbis aliis idem significat, quod nostrae sacrosanctae litterae censent spiritum esse deum et »spiritu veritateque« eum adorari oportere.

5 Quod et Aristotelem probasse non equidem negem. Verum ille quoque, ut modo dixi, cedens vulgi opinioni sacrificia diis et huiusmodi latriam decernit, quamquam adversarius nusquam aliquid tale dixisse Aristotelem putat, scilicet per inscitiam, quibusnam de rebus philosophus ille suis in libris politicis tractet. Iubet ille profecto his in libris condi templa
10 diis atque heroibus, constitui sacerdotes et sacrae pecuniae quaestores, adhiberi sacrificia et ritum servari paternae religionis. Nec discedere ullo pacto ab errore suae aetatis audet, quando etiam animabus hominum latriam statuit, — iam etiam uti hoc nomine licet — quae deo immortalis uni attribuenda est. Heroes enim, quibus sacrificandum censet, homines
15 erant, qui excellenti quadam virtute noti e vita abiissent. Sed enim ita agere libuit, ne plebiscito interimeretur, ut Socrates communis praeceptor paulo ante mortem obiit, quoniam religionem vulgarem negligere putaretur. Erat quidem longe laudabilius aperte confiteri, quae recte senserint, mortemque pati ob veritatem. Verum hoc tantum nostri potuerunt. Illi Socratem,
20 Sophronisci filium, praeceptorem sibi habuerunt, a quo exempla virtutis humanae caperent, non Christum, patre deo immortalis natum, qui suo divino munere professores suae veritatis redderet firmiores longe, quam natura humana pateretur. Ergo non mirum, si Aristoteles Socrate enecto in Macedoniam abiit vocatusque ab Atheniensibus nolle se dixit praebere
25 illis occasionem, ut bis in philosophiam peccarent. Non mirum, si Plato se Italiam et Siciliam contulit evitans suorum hominum in philosophos iniquitatem aegreque ferens vulgi opinionem. Ita illi melius de cultu divino senserunt, quam scripserint, atque aliter, quam probarent, vulgo assentiri coacti sunt. Quodsi quis eos reprehendit, quod latriam deo tribuendam
30 creaturis dederint, quamquam sentirent, non minus requirit, quam nostri fecerint martyres, cum nos ne Christianos quidem illos nedum sanctos fuisse fateamur.

1 θρησκείομεν Nauck | προσάγειν Nauck | 4 ἀπαθεί] ἀπαθεία Nauck | ὧν] τῶν ὧν V

7 Ioh. 4, 23.